Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



so hoc dicis: an alij tibi dixerũt de me? Rũdit pylatus. Nũquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te michi. Quid fecisti? Rũdit ihesus. Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. Si ex hoc mũdo esset regnũ meum: milites mei utique decertarent: ut nõ traderer iudeis. Nunc autem regnũ meum non est hinc. Dixit itaq; ei pylatus. Ergo rex es tu? Rũdit ihũs. Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundũ ut testimonium phibeam veritati. Omnis enim qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pylatus. Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset: iterũ exiuit ad iudeos et dicit eis. Ego nullam inueniõ in eo causam. Est aũt cõsuetudo vobis: ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorũ? Clamauerũt rursum dicentes. Non hunc: sed barabam. Erat autem barabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus ihũm: et flagellauit. Et milites plectentes coronã de spinis imposuerũt capiti eius: et veste p